



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ioscio Conf. 30. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Nov. 30. VITE SANCTORVM. 387
vinxisset; Protractum inde, ne supra magistrum
primus etiam discipulus esset, virgis cæsum, ad
crucem raptatum esse: hanc procul conspectam
amicissimè salutasse, ad hanc velut ad exoptatam
vitæ metam properasse, hanc velut expeditum senio
suo scipionem amplexatum esse, velut nobilissi-
mum suggestum cupidissimè concendiisse, ab eâ
duos dies toridemque noctes ab ejus ore homi-
num millia xx. pependisse; quorum accusu cùm
territus Procos. detrahere eum de cruce cogita-
ret, ANDREAM, id ne fieret, magnopere Deum
esse precatum, ac proinde inter multum, qui pre-
tantem cinxerat, splendorem, è cruce ad cælum,
Ægæam verò à malo dæmone, obtorto collo, ad
pessimam crucem in orcum abiisse: ex tumulo
denique ejus oleum stillasse, & hoc uno dolorem
suum Christianos leniisse. Ex Baron.

Felix anima, que in cruce gloriatur & trium-
phant: tantum ut perseveret in eâ. & nullis valeat
tentationibus dejici. Oret igitur quis in cruce
est, cùm B. Andreæ Dominum & magistrum suum,
ne patiatur eum de cruce deponi. S. Bern. serm. 2. de
S. Andr.

S. IOSCIO CONF. 30 Novembris.

VI NULLO non tempore suam VIRGINI ne-
stere corollam possis, Mariane, ecce tibi ro-
fas in hieme etiam suggerimus. Cape sis, & horrum
ex quo illæ veniunt, nobiscum mirare. Vixit an-
no post partum virginem M. C. LXIII, apud Au-
domarense Ioscivs monachus, & MARIA uni-
tus amator. Amoris alia argumenta raseo, unum
prodo, quod prius cælum prodidit. Igitur, ut
numquam animo dulce illud nomen MARIA ex-
cideret, quinque quotidie sibi dicendos Psalms
delegit,

588 VITA SANCTORVM 30. Novemb.

delegit, quibus initium optimi ominis literæ ex
codem sacrosancto nomine dederunt, *Magnificat*.
Ad Dominū cùm tribularer. Retribue servo tuo. In
convertendo. Ad te levavi. Quoties igitur hos de-
currebat, MARIAM oculi legebant, aures bibe-
bant, lingua sonabat, cor suspirabat. Et vide sis
quam hoc studium MARIA probaverit. Moritur
Ioscius in pervigilio S. Andreæ, & ecce geminæ
& purpuræ tintæ rosæ ex oculis, totidem ex au-
tibus, ex ore denique una pullulat, singulæque
literas suas, omnes MARIA nomen loquuntur.
Et quaternæ quidem ad primum tactum & ipsæ
mortuæ cum corpore sunt tumulatae. At illa,
quam ex ore prodiisse diximus, quamque de-
cerptam Episcopus crystallo inclusit, vivit hodie
etiam, credo ut germen esset, ex quo similes ro-
fas daret Mariana posteritas. Ex Molano.

Filium honoremus in matre, & matrē veneremur
in filio; utrique vota nostra fideliter exolvamus:
quatenus genitrice filium pro nobis interpellare, vin-
ciamus mundum, diabolum superemus, tentationibus
venitamur, consequamur gratiam, adipiscamur co-
renans. S. Laur. Justin. serm. de Nat. B. V.